



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno DCXLIX. ad annum DCLXXVI.

Parisiis, 1644

VI. De his qui in parua aetate coram parentibus religionis habitum
tenuerint.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15300

nicationis sententiam ferant, & rursus mutato habitu in monasteriis, donec diem vltimum claudant, sub ærumnis arduæ pœnitentiæ maneant religatæ.

ANNO
CHRISTI
656.

V I.

Iuo p. 7. c.
27. Burch.
lib. 8. cap. 1.

Cum hucusque dissolutæ operationis effectus interdum nutare fecit honestæ constitutionis editum, * dum * incondite resolui putatur, quod * in-
dissolubile sanctiõnis auctoritate tenetur. Ideo
quidquid obuium ex incerto * incurrit, euidenter
abiici debet, vt de cetero nihil supersit quod in
dubium nutetur. Ideoque si in qualibet minori æ-
tate, vel religionis tonsuram, vel religione debitam
vestem, in vtroque sexu filiis aut vnus aut ambo
parentes dederint, * certe aut nolentibus vel ne-
scientibus se, susceptam non mox visam in filiis ab-
dicauerint, sed vel coram se, vel coram ecclesia, pa-
lamque in conuentu eosdem filios talia habere per-
miserint, ad sæcularem reuerti habitum ipsis filiis
quandoque penitus non licebit: sed conuicti, quod
tonsuram aut religiosam vestem aliquando habue-
runt, mox ad religionis cultum habitumque reuo-
centur, & sub * æterna districtiõne huiuscemodi
obseruantia inferuire cogantur. Parentibus sane
filios suos religioni contradere, non amplius quam
vsque ad * decimum ætatis eorum annum licen-
tia poterit esse. Postea vero, an cum voluntate pa-
rentum, an suæ deuotionis sit solitarium votum,
erit filiis licitum religionis assumere cultum. Quif-
quis autem vel abolitione tonsuræ, vel sæcularis
vestis assumptione detectus fuerit attigisse trans-

* propo-
nimus ne
resolui
putetur,
* incogni-
te
* indiffo-
lubili
* occur-
rit,

20. q. 1. Si
in qualibet.

* forte

* strenua

* duode-
cimũ al.
quatuor-
decimũ

ANNO
 CHRISTI
 656.

gressionem, & excommunicationis censuram acci-
 piat, & religioni semper inhæreat.

VII.

Septimæ collationis obiectu immane satis & infandum operationis studium nunc sanctum nostrum adiit Concilium; quod plerique ex sacerdotibus & Leuitis, qui pro sacris ministeriis, & pietatis studio, gubernationisque augmento sanctæ ecclesiæ deputati sunt officio, malunt imitari turbam malorum, potius quam sanctorum patrum insistere mandatis: ut ipsi etiam qui redimere debuerunt, venditiones facere intendant, quos Christi sanguine præsciunt esse redemptos; ita dumtaxat, ut eorum dominio quo sunt empti, in ritu Iudaismo conuertantur oppressi: & fit execrabile commercium, ubi nitente Deo iussum est sanctum adesse conuentum; quia^s maiorum Canones vetuerunt, ut nullus Iudæorum coniugia^h vel seruitia habere præsumat de Christianorum cœtu, sed sacræ fidei sibi cohærentia tam coniugia quam seruitia, fauente Deo, vnice adhæreant; dicente Propheta: *Qui* Psal. 67.
habitare facitⁱ vnanimes in domo. Nam vere nec aduertunt primum quid Dominus præceperit per Moysen dicens: *Si quis furatus fuerit hominem, &* Exod. 21.
vendiderit, conuictus, quod morte moriatur. Et iterum: *Si fratrem tuum Hebræum redemeris, seruiet tibi septem* Dent. 15. secundum septuaginta.
annis, & liberum abire permittes. Quod sine dubio ab eis præscimus impleri. Quid enim deterius, quidve in præceptis, dum ipsi, quos nouimus Dei insectatores, ita malunt sibi concessa implere præcepta, ut nulla prorsus ratione maneant euitata,

Concil. Tom. 15.

Ecc ij